

# Inscriptiones Graecae.

Collegit ediditque

Ernestus Curtius.

---

Quam resurgens Graecia spem iniecerat, fore ut titulorum veterum nova copia in lucem ederetur, liberata humanitati reddita tantum abest ut fefellerit, ut vel audacissimi cuiusque spem atque expectationem longe superaverit. Nimirum qui elegantioris artis opera ex Graecia olim tanta cupidine abstulerunt, ut signis, anaglyphis, vasis pretiosioribus fere nudata restaret, inscriptionum colligendarum non nimium studiosi fuisse easque Graecis atque alienigenis hominibus doctis Graeciam postea invisuris tanquam solamen quoddam reliquisse videntur. Et profecto si quid solaminis est in hoc studio atque in fructu bonis litteris inde redundante, tot publicis privatisque antiquitatis monumentis superstilibus, depopulatas Musarum sedes minus deplorabis. Quamquam enim virorum doctorum, qui Graeciam redivivam perlustraverunt, opera atque industria factum est, ut insigni antiquarum litterarum emolumento multi tituli aut in ipsa Graecia ederentur aut edendi in Germaniam mitterentur — inter quos viros primo loco nominandus est Ludovicus Rossius — tanta adhuc edendorum materia restat, vix ut ab uno alterove omnis exhauriri possit. In ipsa Athenarum arce, quam hucusque solam accuratius pervestigatam esse constat, non pauca praeclara huius generis monumenta vides aut omnino aut magnam partem incognita. In his tituli sociorum tributa referentes, quorum singula fragmenta hic illic edita habemus (cf. Franzi Elem.

epigr. gr. p. 120), defuncto Car. Od. Müllero, qui omnium colligendorum atque peculiari libro illustrandorum consilium inierat, iam neminem habere videntur, cuius cura collecti et expoliti prodeant. Alii tituli ne iis ipsis quidem, qui adsunt, adiri legique possunt. Quum enim lapidum inceptorum ea forma esse soleat, ut exstruendis muris quam optime inseruiant, permulti recentioribus aedificiis inserti latent. Sic et turris illa, quae meridionalem propylaeorum partem premit, et ianua, quam Christiani homines in occidentali parthenonis aditu exstruxerunt, multos huius generis lapides continent. Illi denique arcis tituli, qui in diurnis archaeologicis Atheniensibus eduntur, Germanos fere aeque latent, atque si inciditi mansissent. In ceteris Graeciae partibus tantam, quantam Athenis, titularum multitudinem nunquam fuisse omnes sciunt. Delphis tamen — ut uno eoque luculento exemplo utar — quanta fuerit, hinc intelligi potest, quod nos per triduum illic fodientes in sexaginta fere titulos muro inscriptos incidimus. Campus igitur quam vastus iis pateat, iam perspicitur, qui in hac arte epigraphica operam ac studium collocare velint. Cui studio quum etiam nos pro virili parte non deesse voluerimus, postquam alio loco aliquot titulos Atticos aut primum aut emendatius editos proposuimus, nunc alios alibi in itineribus descriptos edere placuit, ut si fieri posset, ad cognoscendam Graecorum antiquitatem aliqua utilitas inde proveniret.

---

## 1.

## TITULUS NAXIUS.

ΕΠΙΛΗΜ ΡΟ  
 ΔΟΥΚΡΙΤΟΥΒΟΥΔΟΥΑΡΤΕΜΙΣΙΩΝΟΣΤΑΜΙΕΥΟΝ  
 ΤΟΣΦΑΝΟΦΩΝΤΟΣΤΟΥΧΟΡΙΚΤΩΝΟΣΗΡΞΕΝΤΑ  
 ΣΑΡΑΠΗΛΙΑΡΧΕΛΕΩΣΑΡΙΣΤΕΙΔΟΥΚΑΙΑΦΗΚΕΝ  
 5 ΑΤΕΛΗΑΝΠΡΟΚΗΡΥΞΑΣΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΕΒΟΥ  
 ΤΤΗΣΕΝΤΕΚΑΙΟΙΝΟΜΕΤΡΗΣΕΝΠΑΣΙΚΑΙΤΗΝΔΙΟΥ  
 ΠΗΝΔΑΠΛΑΝΗΝΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΕΠΟΙΗΣΑΤΟ  
 ΕΠΙΛΗΜΙΟΥΡΓΟΥΑΝΤΙΟΧΟΥΙΕΡΕΩ  
 ΤΗΣΡΟΔΟΥΑΡΧΕΛΕΩΣΜΗΝΟΣΑΡΤΕΜΙ  
 10 ΣΙΩΝΟΣΤΑΜΙΕΤΟΝΤΟΣΘΕΥΚΟΥΔΟΥ  
 ΗΡΞΑΝΤΑΣΑΡΑΠΗΛΑΠΛΑΝΚΡΙΤΟΣΚΡΗ  
 ΤΟΔΑΟΥΚΑΙΚΛΕΑΙΝΕΤΟΣΑΠΟΔΑΩ  
 ΝΙ ΤΟΥΚΑΙΑΦΗΚΑΝΑΤΕΛΕΙΑΝ  
 ΠΡΟΚΗΡΤΞΑΝΤΕΣΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝ  
 15 ΕΠΙΛΗΜΙΟΥΡΓΟΥΠΛΑΝΚΡΑΤΟΥΙΕΡΕΩΣ  
 ΤΗΣΡΟΔΟΥΤΕΡΜΟΚΡΑΤΟΥΜΗΝΟΣΑΡΤΕΜΙ  
 ΣΙΩΝΟΣΤΑΜΙΕΤΟΝΤΟΣΒΟΥΔΟΥΘΕΜΙΟΣΤΟΥ  
 ΚΛΕΙΝΩΝΟΣ ΙΑ ΤΟΤΗΡΞΑΝΤΑΣΑΡΑ  
 ΠΗΛΑΚΛΕΙΝΩΝΚΛΕΙΝΩΝΟΣΑΓΗΝΩΡΙΕΡΟ  
 20 ΑΝΙΟΥΚΑΙΑΦΗΚΑΝΑΤΕΛΕΙΑΝΠΡΟΚΗ  
 ΡΥΞΑΝΤΕΣΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝ  
 ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΥΤΕΡΜΟΚΡΑΤΟΥΙΕΡΕΩΣΔΕΤΗΣΡΟΔΟΥ  
 ΣΙΟΥΜΗΝΟΣΑΡΤΕΜΙΣΙΩΝΟΣΤΑΜΙΕΤΟΝΤΟΣΑΓ  
 ΟΣΤΟΥΙΕΡΟΦΑΝΤ ΟΤΗΡΞΑΝΤΑΣΑΡΑΠΗΛΑΙΟΥ  
 25 ΟΝΙΔΙ ΚΕΣΤΟΥΕΡ ΟΣΑΝΤΙΟΧΟΥΚΑΙΑ  
 ΗΚΑΝ ΡΟΚΗΡΥΞΑΝΤΕΣΚΑΤΑΤΟΝ  
 ΟΜΟΝ ΚΑΙΟΙΝΟΜΕΤΡΗΣΑΝΠΑΣΙ

Lapidem, cui titulus Naxius inscriptus est, in ecclesia S. Georgii, qui Diasurites illic audit, insuper ostium, per quod ex vestibulo in aedem itur, ut limen impositum reperi; resu-

pino igitur capite haud ita commode legendus scribendusque erat. Vītus, cuius ecclesia est, vocatur Drymalia (δρυμός) in mediae insulae convalle longe amoenissima situs, cuius laudes qui audire cupiat, adeat Rossii libellum insularem (Inselreisen p. 42).

Titulus ipse ad catalogos sacros referendus est, quorum varia fuerunt genera. Ac nolissimum quidem fuit eorum, quibus ii, qui in ludis sacris palmas tulerant, recensebantur (sicut τὰ εἰς τοὺς Νεμεάτας ὑπομνήματα Paus. El. Post. XIII, 8). Alterum genus sacerdotum aliorumque ministrorum sacris operantium nomina referebat, cuius generis insigne exemplum est recens sacerdotum Halicarnassensium, quorum nomina ne antiquitate aboleantur ex vetere columna in novam transscribi iubentur (C. I. Gr. 2655 ubi cf. B. coll. p. 63. A. M. Dor. I, 130 sq.). Tertium denique horum catalogorum sive ἀναγραφῶν genus ipsarum solemnitatum in deorum honorem peractarum quosdam fastos sive annales exhibebat; cuius generis miror non plura ad nostram aetatem pervenisse exempla, ita ut in toto inscriptionum Graecarum corpore titulus, qui cum nostro comparetur, quantum scio, reperiat nullus. Argumentum igitur tituli si spectas, recte dixeris ὑπομνήματα εἰς τὰ Σαράπεια. Sarapidis vero atque ceterorum deorum Aegyptiacorum sacra Ptolemaei Philadelphi maxime aetate in insulas atque deinde in ceteras Graeciae partes immigrasse verisimile est. Cf. Boeckh. Vol. I p. 783 b; de eadem re ex nummis antiquis disputatur in Miscell. observatt. crit. VII P. 1 p. 41. Bernh. Dion. Perieg. Vol. II p. 580. Quodsi titulum non ante Ol. 130—50 exarari potuisse ipsa sacrorum ratio docet, scriptura ea est, ut ad Romanorum imperatorum fere tempora deferamur. Praeter litteram A enim (quam infra lineola media iam Ol. 92, 4 in usu fuisse constat), litteram P superne quadratam reperimus, qualem in tit. Thelpusio exhibuit Rossius Fasc. I t. X. Neque aliam aetatem redolet scripturae inconstantia atque negligentia. Ipsum feriarum nomen bis Σαραπήια, bis Σαραπίηα scriptum invenis;

*ἀτέλεια* et *ἀτείλεια*, Ἀρχέλειος pro genitivo et quae sunt similia. Sed fortasse certius aliquid effici poterit. Etenim qui secundo loco affertur, magistratus *ἱερεὺς τῆς Πόδου* facit, ut de principatu quodam Rhodiorum cogitemus, siquidem Naxii, si sui iuris fuissent, explicari non posset, cur alius insulae magistratum eponymum (C. I. Gr. t. 2905) suis actis praescripsissent. Iam constat Antonium, quum Rhodum bellis civilibus exhaustam atque a Cassianis maxime exsuccatam (Plut. Brut. XXXII. App. B. C. IV, 65 sq.) consolari quodammodo et reficere vellet, Andrum, Naxum, Tenum Cycladas Rhodiorum dominio subiecisse (App. lib. V, 7). Verum addit idem Appianus, solus huius rei testis, Rhodiis, ut durius imperantibus, haud multo post insulas illas rursus ademptas esse, id quod Augusto imperatore factum esse e scriptoris verbis facile collegeris. Alter magistratus quum diserte ad Rhodios referatur, alterum ad eosdem referre non dubito. Demiurgi sunt Doriensium, testantibus Hesychio s. v. atque Eustathio Od. P, p. 1820; quare universis Peloponnesiis in epistola Philippi regis ap. Demosthenem de cor. 280 tribuuntur. Cf. Schömann Ant. iur. publ. Gr. 84, 10. Iidem apud Thessalos, Achaeos et quod propius ad Rhodios pertinet, apud Cnidios (Fr. Elem. epigr. p. 323). In titulo Cnidio (2653) eundem Eudoxum et demiurgum et sacerdotem solis deprehendimus. Quodsi de magistratibus eponymis recte coniecimus, cum aliqua probabilitate ad Augusti fere primordia titulum referemus.

Mensis solemnitalis Artemision; mensis non solum Ioni- bus communis (C. I. Gr. II p. 273 a), sed etiam latius patens (p. 924. Fr. Elem. p. 229), cum Aprili fere congruens, quo mense etiam Romae Sarapidis sacra fiebant. Magistratibus et mense praescriptis ipsorum sacrorum ordo variaque munera afferuntur. Primum est ἀρχεῖν τὰ Σαράπεια; in primo capite unus, in ceteris bini ἀρχαὶ dicuntur, quod verbum hic idem valet atque in πανηγυριαρχῶ in tit. Cnidio 1653 ubi Irene nescio quae honoratur, quod πανηγύρει cuidam Cnidio-

rum cum laude praefuerit *πανηγυριορχήσασα φιλοτείμωζ*. Eodem modo etiam Sarapia Naxiorum suum magistratum sive *ἀρχήν* habuerunt, unde ceterorum ministrorum munera penderent. Cui magistratui adiunctum vides *ταμίαν* pecuniarum sacrarum custodem atque dispensatorem. Ipsius solemnitatis partes enumerantur tres *ἀφιέναι ἀτέλειον, βοθυτιῶν* (sic enim verbum nusquam integre servatum restituere non dubitavi,) *οἰνομετριῶν*: quarum prima in omnibus redit festis, reliquae in primo tantum et quarto, ita ut de maioribus minoribusque Serapiis distinguendis cogitari possit. *ἀτελείας* privilegium per feriarum tempus in omnes, qui Serapia frequentabant, collatum esse videtur; id quod ad eos maxime pertinuisse puto, qui emendi vendendique causa conveniebant. (Cf. mercatus Olympiacus ap. Iustin. XIII, 5.)

*Βουθυσία* ea fere intelligenda est, qualis apud Athenaeum (IV, p. 149) describitur: *ὅταν δὲ τοῖς ἥρωσι θύωσι, βοθυσία μεγάλη γίγνεται καὶ ἐστιῶνται πάντες μετὰ τῶν δούλων*. Adde tit. Tenium ap. B. II, p. 261. *Οἰνομέτρησις* denique quae fuerit, verbi ratio docet; quamquam hoc ipsum verbum, id quod satis mirum est, aliunde nondum innotuit. Analogum est *σιτομετριῶν*. Rem quodammodo illustrat Theodasiorum, qualia apud Andrios celebrabantur, descriptio a Philostrato proposita. Hic enim ea liberalitate vinum plebeculae hauriendum impendebant, ut quod Saturno rege factum esse poëtae fabulantur, evenire videretur. Vinum enim *ποταμηδόν* per campos solvebatur. Quo loco asserre iuvat, quod ipsi in Andro insula audivimus et vidimus. Etenim in fecundissima insulae convalle prope vicum Mesoviae vivum saxum ostendunt politum, canalibus perfossum, unde antiquitus merum Bacchi liquorem in singulis dei festis profluxisse apud homines, qui accolant, fama est. Videsne vivam memoriam per secula propagatam, picturae Philostratae optimam interpretem? Quantumvis enim rem a rhetoribus auctam esse credas, aliquid veri subesse hac ipsa vulgi opinione confirmatur. Sed ne hac in re, per se non iniucunda, diutius evagemur, si quis simi-

lium miraculorum alia exempla quaesiverit, reperiet a Welckero in adnotatione ad Phil. Sen. Imagg. XXV congesta, unde illud, quod in nostrum locum facit, luculenter apparet, *οἰνομέτρῃσιν* sive simplicem sive artificiosam in sacris Graecorum maxime insularium ceremoniis minime raram fuisse. His de aetate et argumento tituli praemissis, ipsum minusculis adscribam, singula quaedam, si opus fuerit, in calce additurus.

- Ἐπὶ δημιουργοῦ (τοῦ δεῦρος), ἱερέως δὲ τῆς Ῥόδου Κριτοβούλου, Ἀρτεμισίωνος, ταμιεύοντος Φανοφῶντος τοῦ Χοράκιωνος ἤρξαν τὰ Σαραπήϊα Ἀρχέλεως Ἀριστείδου καὶ ἀφῆκαν ἀτέλειαν προκηρῦξας κατὰ τὸν νόμον ἔβου-  
 5 θύτησέν τε καὶ οἰνομέτρῃσιν πῦσι καὶ τὴν λοιπὴν δαπάνην ἐκ τῶν ἰδίων ἐποιήσατο
- Ἐπὶ δημιουργοῦ Ἀντιόχου ἱερέως δὲ τῆς Ῥόδου Ἀρχέλεω μὴνός Ἀρτεμισίωνος ταμιεύοντος Θεουκούλου ἤρξαν τὰ Σαραπήϊα Πάνκριτος Κρο(ι)-  
 10 τολάου καὶ Κλαίητος Ἀπολλωνιάτου καὶ ἀφῆκαν ἀτέλειαν προκηρῦξαντες κατὰ τὸν νόμον
- Ἐπὶ δημιουργοῦ Πανκράτου ἱερέως δὲ τῆς Ῥόδου Ἐρμοκράτου μὴνός Ἀρτεμισίωνος ταμιεύοντος Βουλοθέμιος τοῦ Κλείωνος . . . . . του ἤρξαν τὰ Σαραπήϊα Κλείων Κλείωνος Ἀγήνωρ Ἱεροφαντίδου καὶ ἀφῆκαν ἀτέλειαν προκη-  
 15 ρῦξαντες κατὰ τὸν νόμον
- Ἐπὶ δημιουργοῦ Ἐρμοκράτου ἱερέως δὲ τῆς Ῥόδου . . . . . σίου μὴνός Ἀρτεμισίωνος ταμιεύοντος Ἀγήνωρος τοῦ Ἱεροφαντίδου ἤρξαν τὰ Σαραπήϊα Εὐ-  
 20 θρονίδης(?) Ἀκέστου(?) Ἐρμόδωρος(?) Ἀντιόχου καὶ ἀφῆκαν ἀτέλειαν προκηρῦξαντες κατὰ τὸν νόμον ἔβουθύτησαν καὶ οἰνομέτρῃσιν πῦσι

Nomina non pauca insunt adhuc incognita. Vs. 3. *Φανοφῶν* alibi legisse non memini. Nomina propria in *φῶν* exeuntia, altera a *ΦΑΩ φαίνω*, altera *ΦΑΩ ΦΕΝΩ* originem ducunt; huc retulerim *Ξενοφῶν*, *Μητροφῶν*, *Λαιοφῶν*, *Χαιρεφῶν*, *Δημοφῶν*, *Βελλεροφῶν*, illuc *Ἴεροφῶν*, *Κλεοφῶν*, *Ἀριστοφῶν* (?), *Εὐρυφῶν*, *Ἀγλαοφῶν*, *Νικοφῶν*, *Φανοφῶν* denique, quod nomen eadem radice bis posita formatum est. Vs. 9. *ΑΡΧΕΛΕΩΣ* genitivum qui defendere voluerit, supponet fortasse nominativum *Ἀρχελεύς* (ut *Ἀχιλεύς*, *βασιλεύς*) harumque vocalium permutatarum testem afferet *Αεντυχίδην* et Schol. ap. Bekk. Anecd. 1197; sed quum praecesserit nominativus *Ἀρχέλεως*, nullo modo ferri poterit. Vs. 10. *Θεύκουλος* fortasse a *ΚΕΑΩ καλέω*: cf. *Θεοκόλος* apud Dymaeos magistratus eponymus C. I. 1543, *Θεγκόλος* ap. Paus. V, 15, 10. C. I. Gr. I. tit. 1738, vs. 9. Alia nomina a *Θεν* incipientia congescit Keil. Onomatol. Gr. p. 62, quibus addi potuit *Θεύλυτος* C. I. 2538, vs. 17. Simile nomen est *Στασίθεμις* et ipsum gen. masc. in tit. quodam Lycio. Vs. 25. nomina ratione minus certa restituuntur. Pro tertio esse potuit *Ἐρμόδοτος* s. *Ἐρμόλαος*.

Haec fere habui de titulo Naxio adnotanda. Alii tituli eiusdem generis iique antiquioris originis utinam multi reperiantur, ut eveniat Ovidianum illud:

Sacra recognosces annalibus eruta priscis.

## 2.

Propter sacrorum similitudinem subiungimus titulum Ambrosi (sive rectius Ambrosi, si audimus Schub. et Walzium ad Paus. X, 36 not. 1) repertum in ecclesia Panagiae. Idem esse videtur, quem Boeckhii t. I, n. 1729 edidit, a Meletio mire mutilatum atque depravatum.

ΑΛΚΑΙΟΣ  
 ΑΜΠΡΩΝ  
 ΑΜΦΙΔΑΜΟΣ  
 ΣΑΡΑΠΙ  
 ΙΣΙ  
 ΑΝΟΥΒΙ  
 ΤΑΝΠΑΣΤΑΔΑ  
 ΚΑΙΤΟΠΡΟΠΥΛΟΝ

*Ἀλκαῖος Ἀμπρων Ἀμφίδαμος Σαράπι Ἰσι Ἀνούβι τὰν παστάδα καὶ τὸ πρόπυλον.*

Lapis a sinistra mutilus est.  $\bar{\alpha}$  pro  $\bar{\eta}$  reperitur etiam in aliis eiusdem oppidi inscriptionibus: cf. ap. Boeckh. 1726, 27. De contracta dativorum forma egit Buttmanus in Gr. ampl. §. 56 not. 8.

Singulas templorum partes aut restitutas aut recens additas Diis dedicari in multis titulis legimus; sic C. I. II, 2713, 14 τὸν κίονα, 2125 τὰς περιναίονες στοάς. Simile est argumentum tituli Andrii, quem edidit LeBas (Inscriptions Grecques et Lat. Fasc. V, 176) Μέμμιος Πούργος ὁ καὶ Ἰσίδωρος — καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὸν ναὸν καὶ τὸ ΠΡΟΝΑΙΟΝ, non ut vir doctissimus scripsit τὸ ὑπόγειον. Cf. τὸ πρόναον in lit. Aeg. ap. Letronn. Rech. p. 42.

## 3.

## Erctriac.

Θ Ε Ο

ΕΛΠΙΝΗΣΕΙΠΕΝΕΠΕΙΛΗ  
 ΦΑΝΟΚΛΗΣΦΑΝΙΛΔΟΥΠΤΟ  
 ΛΕΑΣΙΟΣΑΝΗΡΑΓΑΘΟΣΕΣΤΙ  
 ΠΕΡΙΤΟΝΔΗΜΟΝΤΟΝΕΡΕΤΡΙΕ  
 5 ΩΝΕΠΑΙΝΕΣΑΙΑΥΤΟΝΚΑΙΕΙ  
 ΝΑΙΠΡΟΞΕΝΟΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΗΝ  
 ΚΑΙΑΥΤΟΝΚΑΙΤΟΥΣΕΚΓΟΝΟΥΣ  
 ΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΚΑΙ ΣΤΗΛΕ[Ι]  
 ΛΙΘΙΝΕΙΤΗΝΠΡΟΞΕΝΙΑΝΚΑΙΣΤΗ  
 10 ΣΑΙΕΝΤΩΙΤΗΣΑΡΤΕΜΙΔΟΣΙΕ  
 ΡΩΙΚΑΙΕΙΝΑΙΑΥΤΟΙΣΠΡΟΣΟΔΟΝ  
 ΠΡΟΣΤΗΝΒΟΥΔΗΝΚΑΙΤΟΝΔΗ  
 ΜΟΝΠΡΩΤΩΙΜΕΤΑΤΑΙΕΡΑ

## Θεοί

Ἐλπίνης εἶπεν· ἐπειδὴ Φανοκλῆς Φανιάδου Πι[ε]λεάσιος  
 ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι περὶ τὸν δῆμον τῶν Ἐρκειριέων, ἐπαινέσαι  
 αὐτὸν καὶ εἶναι πρόξενον καὶ εὐεργέτην καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκ-  
 γόνους, ἀναγράψαι δὲ καὶ [ἐν] στήλῃ λιθίνῃ τὴν προξενίαν καὶ  
 στήσαι ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ καὶ εἶναι ἀντι[φ] πρόσοδον  
 πρὸς τὴν βουλήν καὶ τὸν δῆμον πρῶτῳ μετὰ τὰ ἱερά.

Temporis notatio est nulla. Remotioris antiquitatis indi-  
 cia sunt maxime duo, littera **Π** vetustiore modo scripta atque  
**Ε** in dativ. sing. fem. *Πτολεάσιος* forma, quantum scio, in-  
 audita. *Πτελεάσιος* demus Oeneidis ap. Steph. Byz. et ap.  
 Eustath. ad Iliadis II, p. 297. In vs. 11. *ΑΡΤΟΙΣ* errasse  
 videtur lapicida propter pluralem, qui antecessit, nisi forte in  
 fine *ΠΡΩΤΟΙΣ* scribere praefers.

## 4.

Lapis Syrius in museo Hermopolitano, de cuius primordiis dixit Rossius (Inselreisen p. 9).

ΕΔΟΞΕΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙΤΩΔΗΜΩΠΡΤΤΑΝΕΩΝΤΝΩΜΗ-Ι  
 ΕΠΕΙΒΕΡΝΕΙΚΗΝΕΙΚΟΜΑΧΟΥΓΓΝΗΛΕΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΤΣΤΟΤΕΙΣΙΩ  
 ΡΟΤΑΓΛΑΘΗΝΤΕΚΑΙΕΤΣΧΗΜΟΝΑΝΤΗΝΑΝΑΚΤΡΟΦΗΝΠΕΠΟΙΗΤΑΙ  
 5 ΕΝΠΑΣΙΝΑΡΧΕΙΝΗΤΕ ΤΟΝΕΜΗ ΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΑΦΕΛΩΣΕΠΕΤΕ  
 ΔΕΕΝΚΑΙΘΕΟΙΣΚΑΙΑΝΘΡΩΠΟΙΣΥΠΕΡΤΗΣΠΑΤΡΙΔΟΣΕΙΕΡΕΙΑΤΕ  
 ΚΑΤΑΚΤΑΘΕΙΣΑΤΩΝΟΙΡΑΝΙΩΝΘΕΩΝΑΗΜΗΤΡΟΣΚΑΙΚΟΡΗΣΤΩΝ  
 ΣΕΜΝΟΤΑΤΩΝΑΓΝΩΣΚΑΙΑΞΙΩΤΩΝΘΕΩΝΚΑΙΤΗΣΠΟΛΕΩΣ  
 ΕΙΕΡΑΤΕΙΣΑΣΑΜΕΤΗΛΑΑΞΕΝΤΟΝΒΙΟΝΗΚΑΙΤΕΚΝΟΤΡΟΦΗΣΑ  
 10 ΣΑΔ ΔΟΚΕΙΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙΤΩΔΗΜΩΠΡΟΕΠΛΙΝΕΣΑΙΜΕΝ  
 ΤΗΣΓΥΝΑΙΚΟΣΤΟΝΠΡΟΒΕΒΙΩΚΟΤΑΧΡΟΝΟΝΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΤΕΛΑΤ  
 ΤΗΝΧΡΙΣΤΕΦΑΝΩΠΑΤΡΙΟΝΕΣΤΙΝΗΜΕΙΝΣΤΕΦΑΝΟΙΝ  
 ΤΑΣΑΓΛΑΘΩΝΑΓΛΑΘΩΝΓΥΝΑΙΚΩΝΟΛΕΓΡΑΦΩΝΗΜΕΙΝΑΝΑΓΟ  
 ΡΕΥΣΑΤΩΠΙΟΤΗΝΕΚΚΟΜΙΑΗΝΤΗΣΓΥΝΑΙΚΟΣΟΤΙΣΤΕΦΑ  
 15 ΦΑΝΩΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΤΗΣΕΙΣΑΤΤΟΝ

Ἐδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ προτανέων γνώμη ἐπεὶ Βερ-  
 νείκη Νεικομάχου, γυνὴ δὲ Ἀριστοκλέους τοῦ Εἰσιδώρου, ἀγα-  
 θὴν τε καὶ εἰσχήμοναν τὴν ἀνατροφὴν πεποιήται ἐν πᾶσιν  
 . . . . . ἐκ τῶν ἰδίων ἀφελῶς ἐπετέλεσεν καὶ θεοῖς καὶ  
 ἀνθρώποις ὑπὲρ τῆς πατρίδος εἰερείᾳ τε καὶ καταστυγεῖσα τῶν  
 οὐρανίων θεῶν Ἀήμητρος καὶ Κόρης τῶν σεμινοτάτων, ἀγνώσ  
 καὶ ἀξίως τῶν θεῶν καὶ τῆς πόλεως εἰερατεύσασα μετήλλαξεν  
 τὸν βίον ἢ καὶ τεκνοτροπήσασα, (δι' ἃ δὴ) δοκεῖ τῇ βουλῇ  
 καὶ τῷ δήμῳ προεπαινέσαι μὲν τῆς γυναικὸς τὸν προβεβιω-  
 κότητα χρόνον στεφανῶσαι τε αὐτὴν χρυσοῦ στεφάνῳ, ᾧ πάτριόν  
 ἔστιν ἡμεῖν στεφανοῦν τὰς ἀγαθὰς τῶν ἀγαθῶν γυναικῶν, ὃ  
 δὲ γράφων ἡμεῖν ἀναγορευσάτω ὑπὸ τὴν ἐκκομιδὴν τῆς γυ-  
 ναικὸς ὅτι στεφανοῦ ὁ δῆμος ὁ Συρίων Βερνείκην Νεικομάχου  
 χρυσοῦ στεφανῶ ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας τῆς εἰς αὐτόν.

Litterarum formae non minus quam sermonis barbaries indicio sunt, titulum ad Christianorum fere tempora esse referendum. Huc enim pertinent Iota, quod subscribitur, omis-

sum, accusativus *εὐσχήμενον*, quocum comparari possunt substantiva *γυναῖκαν*, *μητέραν*, *θυγατέραν* (C. I. 2089), *ἄνδρα* (1781) tertiae declinationis iam tum obsolescentis indicia; adiectivorum sic depravatorum exempla multo sunt rariora; in lapidibus certe nullum vidi. Eodem denique pertinet in vs. 10 *τὸν προβεβιωκότα χρόνον*, ut alibi *τὰ προβεβιωμένα*. Alios titulos in mulierum honorem conscriptos atque publice propositos si quis quaesiverit, reperiet plurimos in Corp. Inscript. (1633 sq., 1433 sq., 2384, 2653, 2814—23, 3001 sq., 3092 sq. etc.), nullum tamen Romanorum aetate vetustiore. De more Graeco mortuos coronandi coronamque cum titulo sepulcro imponendi exposuit Franz. Elem. p. 331.

Titulum ipsum Ionico more satis prolixum esse animadvertes. Initium idem atque C. I. 2235. 2329 simile tituli Hælic. 2656. Vs. 2. *Βερενίκη* pro vulg. *Βερενίκη* (Fr. Elem. p. 218) sive *Βερενείκη* (C. I. n. 361). *Ἀναστροφή* est vitæ genus et ratio sicut in N. T. cf. C. I. 3053 *τὰν ἀπὸ τᾶς ἀναστροφᾶς εὐταξίαν ἀπεδείξατο*; C. I. 1331 *ἐπὶ τῇ ἀναστροφῇ ἧ πεποιήται*, atque verbum *ἀναστρέφομαι* C. I. 2270. vs. 7.

Quartum versum ita, ut mihi satisfaccerem, non potui restituere. *ἐπετέλεσεν* obiectum desiderat e. c. *πᾶσαν λειτουργίαν* (2099, 2061, 2768), *τὰς ἀρχάς* (2778, 2788), *τὰ μυστήρια* (3002). *ἀφελῶς* sicut ap. Boeckhium 2059 vs. 24, ubi emendavit V. C. *ἀφειδῶς*.

Vs. 9. Si adverbium excidit, fuit aut *δικαίως* aut *ἀγνῶς*: sed rectius est illud quod supra restitui ex C. I. tit. 2060 vs. 25. (Fr. El. p. 326 not. 2.) Mirum est praesens *δοκεῖ*. Vs. 11 de corona Syria conferas eiusdem insulae monumentum in C. I. 2347 c, quod nunc Athenis asservatur: *χρυσῶ στεφάνῳ τῷ ἐκ τοῦ νόμου* vs. 47. In eodem (vs. 53) prytanes Syriorum nominantur.

---

## 5.

Thespiis in colle antiquam urbem imminente prope aedem  
Sti Charalampi (Leake Trav. in N. Gr. II p. 481).

ΤΦΑΦΙΛΕΙΝΟΝΤΟΝ  
ΚΡΑΤΙΣΤΟΝΤΑΜΙΕΥ  
ΣΑΝΤΑΑΣΙΑΣΤΡΙ  
ΒΟΥΝΟΝΠΡΑΙΤΟΡΑ  
ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑΚΥ  
ΠΡΟΥΑΝΘΥΠΑΤΕΥ  
ΣΑΝΤΑΔΥΚΙΑΣΠΑΝ  
ΦΥΛΙΑΣΗΠΑΤΡΙΣΤΟ  
ΕΤΕΡΓΕΤΗΝ

T. Φ. Α. Φιλεῖνον τὸν  
κράτιστον ταμιεύ-  
σαντα Ἀσίας τρι-  
βουνον Ηραΐτορα  
προεσβείσαντα Κύ-  
πρου, Ἀνθυπατεύ-  
σαντα Δυκίας, Παν-  
φυλίας ἢ πατρίς τὸν  
εὐεργέτην.

In basi marmorea. Philini nomen habes in C. I. titl. 165,  
vs. 29, 199; in titl. Teniis 2336 et 39. LeBas Inscr. fasc.  
V, 149.

## 6.

Ibidem. Limen est portulae ex ecclesia ipsa in adytum  
ducentis.

## N

- ... ΤΑΚΤΑΙΑΙΟΣ  
.. CCTΑΛΙΑΔΡΟΜΟΥ  
, . . . . ΟΝΕΙΚΟΥΑΝΑΡΑ ΔΙΑΤΑΟΙΡΟ  
5 . . . . ΝΙΛΑΡΑΜΟΝΟΥΘΕΣΠΙΕΥΣΑΝΑΡΑΧΙΛΑΙΑ  
. ΤΑΚΑΙΑΙΟΣΚΕΚΤΙΑΝΟΣΑΝΑΡΑΧΙΛΑΝΚΡΑΤ  
ΑΚΤΑΑΠΟΛΑΩΝΙΟΣΟΚΑΙΑΡΑΥΚΟΣΦΙΛΑΔΕΛΦΕΥΣ  
ΟΠΛΕΙΤΟΔΡΟΜΟΥΣΟΜΟΛΟΙΧΟΣΑΔΕΞΑΝΑΡΟΥ  
ΘΕΣΠΙΕΥΣ ΠΟΙΗΤΗΣΧΟΡΩΝ ΖΩΣΙ  
10 ΜΙΟΣΖΩΣΙΜΟΥΘΕΣΠΙΕΥΣ ΣΤΝΩΡΛΙ ΠΩ  
ΔΙΚΗΦΑΛΑΟΥΤΙΟΚΛΑΡΟΣ ΠΩΛΩΚΕΛΗΤ  
ΣΙΑΑΖΩΠΤΡΟΥΘΕΣΠΙΕΥΣ < ΣΤΝΩΡΛΙ.  
ΕΔΕΙΑΤΦΑΛΑΟΥΤΙΟΣΑΜΦΙΚΛΗΝΣΚΕΛΗΤΙ  
ΤΕΔΕΙΩΓΟΡΓΟΣΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΥΘΕΣΠΙΕΥΣ  
15 ΑΡΜΑΤΙΠΩΔΙΚΩΜΗΤΡΟΣΩΡΟΣ . . . .  
ΧΑΚΙΛΕΥΣΑΡΜΑΤΙΤΕΔΕΙΩΓΗΙΟΣΒΑΔΕΡΙ

Hoc fragmentum non ad Musea Thespiensia — quorum nulli fuerunt ludi gymnici — sed ad Erotidia (Paus. IX, 31, 3) pertinet; ad eadem retulit Boeckhiius tit. 1429, 30. 1590 et 91. Poeta, qui medius est inter gymnicos et curules victores, litteris paullo maioribus scriptus est. In initio quae perierint, non patet; collatis tamen Corp. Inscr. tit. 1590 et 91 *παῖδες* et *ἀγέειοι* videntur praecessisse. Totum fragmentum sic fere scripserim.

ἄνδρας πύκ]τας *T. Αἴλιος* . . . . . ἄνδρα]ς σταδιαδρόμου[ς ὁ δεῖνα Φιλ]νονείκου, ἄνδρας διαυλοδρό[μους...]ν Πα-  
ραμόνου Θεσπιεύς, ἄνδρας παλαιστὰς Αἴλιος Κεστιανός, ἄν-  
δρας πανκρατιαστὰς Ἀπολλώνιος ὁ καὶ Δραῦκος Φιλαδελφεύς,  
ὄπλειτοδρόμους Ὁμολοῖχος Ἀλεξάνδρου Θεσπιεύς, ποιητῆς χο-  
ρῶν Ζώσιμος Ζωσίμου Θεσπιεύς, συνωρίδι πωλικῆ Φλάουτος  
Κλάρος, πῶλη κέλητ[ι Ἀγε]σίλας Ζωπύρου Θεσπιεύς, συνω-  
ρίδι τελείῃ *T. Φλάουτος Ἀμφικλῆς*, κέλητι τελείῃ Γόργος  
Ἀφροδισίου Θεσπιεύς, ἄρματι πωλικῆ Μητρούδωρος τοῦ δεῖ-  
νος Χαλκιδεύς, ἄρματι τελείῃ Γήϊος Βαλέρι[ος

Vs. 3. σταδιαδρόμος (cf. βιβλιαγράφος) sicut in tit. Aphrodisiensis 2758 ap. B. et in Smyrnaeis. Vs. 7. ὄπλειτοδρόμου cur non diserte ἄνδρες dicantur, perspicuum est. Ὁμολοῖχος s. Ὁμολώχος nomen inter Boeotos satis frequens C. I. 1577. 1590, Plut. Sulla c. 17, B. introd. ad Inscr., B. tom. I p. 726 a. Vs. 9. cf. χοροῦ πολιτικοῦ in tit. Thesp. ap. B. 1586 vs. 29.

## 7.

Titulus Orchomenius in monasterii ecclesia, archaeologis bene cognita, super ipsum Gratiarum templum exstructa (Ulrichs Reisen etc. I p. 180). Ecclesia est Deiparae Panagiae, quae *συννάους* habet Sclos Paulum et Petrum. Basis semi-circularis, in qua titulus est, alteri illi, cuius inscriptio ap. Boeckhium n. 1593 et ap. Müll. Orch. p. 471 legitur, omnino respondet, ipsa valde detrita ac praeterea inversa; quare

fuerunt, qui quae inscripta essent, legi posse omnino negarent. Vide B. proleg. ad 1593. Quae legere potuimus, sunt haec.

ΘΙΟΣΤΟΥΧΑΝΑΓΑΘΑΝΑΡΙΣΤΟΙΑΜΩ  
 ΜΝΑΣΙΓΕΝΕΙΩΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΑΙΚΟ ΘΙΩΝΟΣ  
 ΕΙΕΞΕΙΕΛΟΧΘΗΤΟΙΑΜΩΙ Σ ΡΙΟ  
 ΔΙΟΣ . . ΠΙΛΑΟΑΙΕΞΑΝΔΡΕΙΑΠΡΟΞΕΝΟΝΗΜΕΝ  
 5 . . ΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟΔΙΟΣΕΡΧΟΜΕΝΙΩΝ ΝΕ  
 . . ΕΝΑΥΤΤΓΑΣΚΗΦΥΚΙΑΣΕΠΙΠΛΑΣΙΝΚΗΑΣΦΑ  
 ΔΙΑΝΚΑΙΑΣΟΡΑΙΑΝΚΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘΑΛΛΑΤΤΑΝ  
 ΟΔΕΜ ΚΗΡΑΝΑΣΙΩ ΚΗΑΤΤΚΗ ΓΟΝΟ  
 ΑΛΛΑΝΑΝ ΘΑΠΕΡΚΗΤΟΙ ΑΛΛΟΙΣΗΡ  
 10 ΞΕΝΟΙΣΚΗΕΥΕΡΓΕΤΗΣΓΕΓ ΑΙΠΤΗ

Θίος τούχαν ἀγάθαν Ἀριστοδάμω Μνασιγενεῖω ἄρχοντας,  
 Ἐνδικος Θίωνος ἔλεξε, δεδόχθη τοῦ δάμω (τὸν δεῖνα) Διοσ-  
 κ(ορ)ίδαο Ἀλεξανδρεῖα πρόξενον ἤμεν κῆ εὐεργέτιαν τὰς πό-  
 λιος Ἐρχομενίων (κῆ εἶμεν) αὐτῷ γὰς κῆ φυζίας ἔππασιν κῆ  
 ἀσφαλίαν καὶ ἀσουλίαν (κῆ πο)λέμω κῆ ἐράνας ἰώ(σας) κῆ  
 αὐτῷ κῆ (ἐσ)γόνο(ις) (κῆ τάν) ἄλλαν ἄν — (sive potius κῆ  
 τὰ ἄλλα πάντα) καθάπερ κῆ τοῖς ἄλλοις πρόξένοις κῆ εὐερ-  
 γέτης γεγράπτη.

In accentibus ponendis Boeckhii rationem secutus sum, licet non omnino certam; Ahrens quidem (de dialectis Aeol. p. 167, 8) in Boeoticis vulgarem accentum servare maluit. Vs. 3. de diphthongo  $\bar{\eta}$  in  $\bar{\sigma}\bar{\iota}$  ap. Bocotos mutata dixit Ahr. p. 194, neque vero illa exemplis caret (t. 1571, 3): hic utraque scriptio mire coniungitur. 4. Alexandria num Aeolensis sit, sicut in tit. 1564, nescio; accusativi formam eandem vides in verbis *Χηρωνεῖα* tit. 1569 a, *Ἡολεῖα* 1564. *εἶμεν* pro *ἤμεν* corrigere non ausus sum, quamquam correxit Boeckhii in fragm. 1563 c. vs. 3, neque Ahr. p. 191  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  ap. Bocotos in  $\bar{\eta}$  transiisse concedit. Patronymicum *Διοσκορίδας* legitur etiam in tit. 1562; de verbo *ἔππασις* sive *ἔππασις* cf. Boeckh. p. 725. Ahr. p. 213. *ἐογόνοις* dedi ex titl. 1562. 1563 a. b. 1564.

Aetas tituli vix poterit accuratius definiri; ante Alexandrum non scriptum esse facile perspicitur; aliquanto tamen

posteriorem esse dialecti in eodem titulo inconstantia formaeque nonnullae prorsus Atticae (ut in dat. plur. sec. decl.) probare videntur. Ad titulum Boeckhianum 1593 haec adnoto. In vs. 4 legitur *ΜΕΙΝΙΙ. ΤΑΟ*, unde id quod Müllerus volebat, *Ισμενιέταο* commendari videtur; *Α* certe non est in lapide. Vs. 11. *ΕΡΜΑΙΚΩ* (quod correxit B.) in lapide est.

## 8.

Ibidem, ecclesiae muro intrinsecus insertus magnamque partem calce obductus, quare non totus legi potuit.

ΦΙ.Ο.ΩΜΩΑΡΧΟ . . . . ΟΙΩΤΟΙΣΕΡΧΟΜΕ  
 ΟΙΣΔΕΘΙΟΓΝΕΙΤΙΔΑΟΠΟΔΕΜΑΡΧΙΟΝΤΩΝ  
 ΕΥΧΑΡΙΔΑΟΔΑΜΑΤΡΙΧΙΩΚΑΦΙΣΙΑΔΑΟ ΕΛ  
 Α.ΑΣΙΩΦΙΛΑΙΟΣΠΟΤΑΜΟΔΩΡΙΩΓΡΑΜΜΑΤΙΑ  
 5 ΟΝΤΟΣΤΟΙΣΠΟΔΕΜΑΡΧΟΙΣΠΟΛΤΡΕΙΤΩΘΙΟ  
 ΚΟΥΔΕΙΩΤΟΝΠΡΑΤΟΝΕΣΤΡΟΤΕΤΑΘΗ  
 ΜΝΑΣΙΔΙΚΟΣΑΘΑΝΟΔΩΡΙΟΣΠΟΤΘΙΑΣΘΙΟJ  
 ΟΤΙΟΣΘΡΑΣΥΔΑΟΣΤΙΜΑΣ. . . ΩΙΠΠΩΝΑΘΑΝ  
 ΟΔΩΡΙΟΣΑΠΟΔΑΟJΩΡΟΣΟΛΤΜΠΙΧΙΟΣΚΟΡΕΙΑ  
 10 ΔΑΣΞΕΝΩΝΙΟΣΕΤΡΟΜΠΟΣΚΑΛΛΙΓΙΤΟΝΙΟΣΠΟ  
 ΘΩΝΑΜΙΝΟΚΔΕΙΟΣΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΙΣΑΓΑΣ  
 ΙΟΣΠΟΤΘΟΔΩΡΟΣΟΡΝΙΗΟΣΤΙΜΟΔΔΕΙΟΙ  
 ΟΡΙΧΙΟΣΕΤΡΤΑΧΟΣΦΑΣΤΙΝΙΟΣΠΤΩ  
 ΑΝΑΣΙΩΝΟΣΑΜΙΝΙΑΣΤΙΜΩΝΙΟΣΑΓΕΙΣΑ  
 15 ΔΡΟΣ.ΙΩΝΙΟΣΚΑΦΙΣΟΔΩΡΟΣΔΑΚΡΑΤΙ  
 ΑΡΙΣΤΟΚΔΕΙΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣΑΡΙΣΤΟΙ  
 ΝΕΣΧΙΛΟΥΔΕΙΟΣΔΕΤΞΙΠΠΟΣΟΛΤΜΠΙΧΙΟ  
 ΔΙΟΝΙΟΥΣΙΟΣΤΕΛΕΣΑΡΧΙΟΣΚΑΛΛΙΑΣ  
 ΝΙΚΟΚΔΕΙΟΣΙΜΝΑΣΙΝΙΚΟΣΑΡΙΣΤΟΔ  
 20 ΑΜΙΟΣΩΝΑΣΙΜΟΣΒΙΟΤΤΩΓΛΑΤΚΟΣΚΑ  
 ΙΑΙΩΝΙΟΣΜΝΑΣΙΘΑΔΕΙΣΘΙΟΠΟΜΠΙΟΣΣ  
 ΔΘΩΝΟΜΟΔΩΙΧΙΟΣΕΤΑΓΓΕΛΟΣΘΙΟΤΙ  
 ΜΩΜΕΝ.ΔΑΜΟΣΘΙΟΤΙΜΩΕΡΜΩΝΑΘΑΝΗ  
 ΟΣΜΝΑΣΙΩΝΜΝΑΣΙΘΙΩΝΔΑΜΙ . . . ΩΝΣΑΜΙ  
 25 ΧΙΟΣΜΤΡΤΩΝ ΟΜΦΟΡΩΝ  
 ΙΟΣΚΑΡΑΙΝΟΣΤΙΜΑΝΑΡΙ

Catalogus militaris Orchomenius; eiusdem sunt generis titl. ap. Boeckh. 1574 et 1575 et maxime lit. Orchomenius 1573, quem et ipsum huc pertinere Leakii apographum magis integrum, quod postea edidit, docet (Travels in northern Greece II n. 37). Catalogum, quem proposuimus, sic restituerim: *Φιλοβώμω* (vel *Φιλοκόμω*) ἄρχοντος *Βοιωτοῖς*, Ἐρχομενίοις δὲ *Θιογρεΐτῖδαο*, *πολεμαρχιόντων* *Εὐχαρίδαο* *Λαματριχίω*, *Καφισιάδαο* *Πεδαβασίω* (?), *Φιάλιος* *Ποταμοδωρίω*, *γραμματοῖδ(δ)οντος* *τοῖς* *πολεμάρχοις* *Πολυρεΐτω* *Θιοκουδέιω* *τὸν* *πρῶτον* *ἐστροτευάθησαν*

*Μνασίδικος* Ἐθανοδώριος

*Πουθίας* Θιοδότιος

*Θρασύλαος* Τιμασιθίω

*Ἴππων* Ἐθανοδώριος

*Ἀπολλόδωρος* Ὀλυμπίχιος

*Κορεΐάδας* Ξενώνιος

*Εὐπομπος* Καλλιγιτόνιος

*Πούθων* Ἀμυνοκλεῖος

*Καλλικράτεις* Ἀγάσσιος (?)

*Πουθόδωρος* Ὀρνιῆος

*Τιμόμειλος* (?) *Μορίχιος* (?)

*Ἐδρύλογος* Φαστίνιος

*Πτω . . ανας* Ἴωνος (?)

*Ἀμινίας* Τιμώνιος

*Ἀγείσανδρος* Φιλώνιος

*Καφισόδωρος* Λακράτιος (?)

*Ἀριστοκλεῖς* Ἀρίστιωνος

*Ἀριστο.νες* Χιλουδεῖος

*Δεύξιππος* Ὀλυμπίχιος

*Διονιούσιος* Τελεσάρχιος

*Καλλίας* Νικοκλεῖος

*Μνασίδικος* Ἀριστοδάμιος

*Ὠνάσιμος* Βιόττω

*Γλαῦκος* Καραιώνιος (?)

*Μνασιθάλεις* Θιοπόμπιος

Σαθων (?) Ὁμιλωίχιος  
 Εὐάγγελος Θιοτίμω  
 Μενέδαμος Θιοτίμω  
 Ἐρμῶν Ἀθανῆος  
 Μνασίων Μνασιθίων  
 Δαμ...ων Σαμίχιος  
 Μ(ο)ύρτων —  
 Καραίχος Τιμάνδριος

Sequuntur alia nomina.

De magistratibus praescriptis videas B. ad C. I. I p. 730 a et b. Polemarchos autem tres fuisse (non sex, ut voluit Boeckhiius titulorum 1573 et 74 testimonio non satis firmo usus) ex nostro catalogo patere videtur; neque enim Δαματρίχιος et Ποταμοδώριος non pro patronymicis haberi possunt (cf. Ahr. p. 214). Vs. 4. Simplex δ pro ζ in media voce quum sine exemplo sit (l. l. p. 175) γραμματιδδοντος restituere non dubitavi. Vs. 6. τὸν πρώτον quid significet, dubitavi. Ac primum quidem de mense cogitabam, ita ut etiam Orchomenios nonnumquam sicut Daulidenses et Elatienses (cf. B. C. I. p. 734) ex numeris menses designasse putarem. Sed mox aliter statui. Praeter accusativum enim, qui pro genitivo (μεῖνος πρώτου 1569, a, III.) ferri vix poterit, alius titulus cum nostro collatus meliora me edocuit. Etenim in titulo Boeckhiano 1573 ap. Leakium l. l. ita pergitur ΚΑΛΛΙΜΕΛΙΟΣΤΥ...ΡΑΤΩΝΕΣΤΡΟΤΕΥΑΘΗ et cetera, quae satis corrupta esse videntur. Quibus in verbis illud ΤΩΝ ΠΑΤΩΝ inesse non dubito. At mensis iam in initio tituli significatus est ΕΡΧΟΜΕΝΙΟΥΣ ΔΕΚΑΡΑΙΧΩΕΡΜΑΙΩ ex interpretatione Boeckhii μεῖνος subintelligentis, de qua omnino ambigi non potest. Quare ad τὸν πρώτον aliud supplendum esse apparet, fortasse σιγατόν sive στόλον. De verbo ἐστρωτεύθη(σαν) doctiores iudicent; ο pro α redit in tit. Leakiano supra allato B. C. I. στρωταγήσαντα 2189. Ahr. p. 76 vs. 10. Ξενώριος tit. 1601. Καλλιγίτονος et Ποίθων tit. 1593, 12. Καλλικράτεις contra praecepta grammaticorum non pugnat;

cf. Ahr. p. 182. Idem nomen ap. Leak. l. l. tit. 37. Τιμόμειλος restitui ex inscr. 1573, 6. Caphisodori nomine nullum in his locis frequentius est: cf. 1573, 5; 1577, 9; 1578, 1580, 1608 e etc.

## 9.

Delphis sub templo Apollinis.

ΚΑΙ Ο ΑΡΧΙΕΡΕΥΣΤΩΝΣ

ΝΚΑΙ ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΣ ΤΟΤ ΚΟΙΝΟΥ ΤΩΝ ΑΜΦΙΚ  
ΝΩΝ ΔΙΑΡΧΩΝ ΤΗΣ ΓΙΕΡΑΣ ΑΚΤΙΑΚΗΣ ΒΟΥΛΗΣ ΤΙΒ. ΚΑΛΑΡ  
ΤΙΟΣ ΠΟΛΕΩΣ ΚΛΕΟΜΑΧΟΣ ΦΙΛΟΚΑΙΣ ΑΡΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ  
ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΙΤΗΣ ΤΟ ΑΝΑΛΗΜΜΑ ΤΟΤ ΕΞΩ ΤΟΥ ΠΟΤΟΣ  
ΑΝΑΡΙΑΝΤΑΣ ΚΑΙ ΤΟ ΕΞΩΘΕΝ ΕΠΟΙΗΣΑΝ ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΠΤ  
ΘΙΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΤΟ ΚΩΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣΟΔΩΝ

Fragmentum tituli satis memorabile, sic fere scribendum:

— — — — και ὁ ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν καὶ ἐπιμελητῆς τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀμφικτυόνων καὶ ἄρχων τῆς ἱερᾶς Ἀκτιακῆς βουλῆς Τιβ. Κλαύδιος υἱὸς πόλεως Κλεόμαχος Φιλόκαισαρ καὶ Φιλόπατρις Νεικοπολείτης τὸ ἀνάλημμα τὸ τε ἔσω τὸ ὑπὸ τοὺς ἀνδριάντας καὶ τὸ ἔξωθεν ἐποίησαν ἐκ τῶν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος τόκων καὶ προσόδων

Ἀνάλημμα, quod duplici significatione in inscriptionibus invenitur, h. l. non est solarium (ut in tit. Iasensi 2681), sed muri substructi intelligendi sunt, quomodo etiam in tit. 1104, ubi de templis Isthmicis agitur, interpretandum est: Π. Δικίνιος τοὺς ναοὺς καὶ τὰς ἀναβάσεις καὶ τὰ ἀναλήμματα ὑπὸ σεισμῶν καὶ παλαιότητος διαλελυμένα ἐπεσκεύασε. Huiusmodi opera Delphis quam maxime requirebantur. Hic enim, si exiguam quandam planitiem, ipsis rupibus subiectam, exceperis, totus locus adeo declivis est, ut si quid splendidius et solidius aedificandum sive exornandum erat, magnis substructionibus artificiosa quaedam planities conformanda fuerit. Cuiusmodi muros aut integros aut semirutos non paucos Delphis videre licet, omnes aequaliter fere ab occidente orientem versus ductos,

superiores ad aedificia sacra, inferiores ad privatas domos sustinendas factos, ut siquis totam convallem contempletur, etiamnunc ingens quoddam theatrum aspicere sibi videatur. Cf. Ulrichs Reisen I p. 42 n. 2. Statuarum silva, quarum vel Plinii aetate plus tria millia supererant, proxime circa templum Apollinis in edito planoque loco collocata erat, quare a Brenno ex Boeotia adveniente eminus in itinere conspici poterant. Ulr. p. 61. Justin. 24, 7. Hanc statuarum arcam aliamque exteriorem, minus perspicue significatam (*τὸ ἀνάλημμα τὸ ἔξωθεν*), novis muris fulciendam susceperat cum aliis aut cum altero aliquo, cuius nomen exstinctum est, Tib. Claudi nescio quis, de quo num in hac Claudiorum multitudine imperatorum aetate per Graeciam dispersa aliquid certius effici possit, dubito. Honores illi, quibus functus est, quales fuerint, alii iudicent.

## 10.

Titulus repertus est in confiniis Boeotorum et Locrorum Opuntiorum, qua ex vico, qui Martini dicitur, Tegyras versus itur, Sti Nicolai sacello insertus. Prope distat aedes Sti Athanasii, in collo conspicuo sita murisque antiquissimis cincta. Fortasse Cyrtones oppidum hunc situm occupavit (Paus. IX, 24). Sed tota haec montuosa regio, quae Copaidem paludem sinumque Opuntium interiacet, mirum quantum incognita est, ut de montibus, oppidis, finibus nihil certi constet. Hoc loco monuisse sat est, titulum esse Boeoticum; quod enim Meletius, cuius verba attulit Boeckhii ad. 1755, adiacentes vicus *χωρία τοῦ Ταλαρίου* dicit, ad recentiore tantum eamque episcopalem locorum descriptionem respexit. Idem titulus ex pessimo Meletii apographo in Mülleri librum Orchomenium (p. 472) et in Boeckhii C. I. (1755) transit, qui eum inter Opuntios retulit literasque *στοιχιδόν* disposuit.

## Α Γ Α Θ Η Τ Τ Χ Η Ι

ΟΞΕ . ΠΙΕΡΑ . ΕΡΟΣΛΑΤΟΤΣΩΤΗΡΟΣ  
 ΣΚΛΗΠΙΟΤΕΝΚΟΙΝΩΣΤΗΛΗΝΑΝΑΓΡΑ  
 ΝΑΙΕΝΗΣΤΗΛΗΕΙΝΑΙΤΑΤΗΠΟΓΕΓΡΑΜΜ  
 ΠΟΛΛΩΝΚΑΙΜΕΓΑΛΩΝΩΝΕΤΕΡΓΕΤΗ  
 5 ΘΗΠΑΡΑΤΟΤΘΕΟΤΟΜΝΗΜΗΣΑΡΙΣΤΗΣ  
 ΙΟΥΛΙΟΣΑΡΙΣΤΒΑΣΕΧΑΡΙΣΑΤΟΔΙΑΤΟΤ  
 ΘΕΟΤΗΓΕΡΟΥΣΙΑΧΩΡΕΙΔΙΟΝΣΤΙΦΑ  
 ΡΙΟΝΨΟ.ΤΣΤΟΠΩΣΤΙΩΓΕΙΤΟΝΕΣΑ  
 ΠΟΜΕΝΗΟΤΣΑΤΡ.ΘΑΛΑΜΟΣΚΑΙΠΡΟΣ  
 10 ΔΟΝΤΩΝΚΑΛΛΙΣΤΗΣΚΛΗΡΟΝΟΜΩΝ  
 ΑΠΟΔΕΑΡΚΤΟΤΑΤΡ.ΘΕΩΔΩΡΟΣΑΠΟ  
 ΔΕΑΤΣΕΩΣΟΙΑΡΕΣΚΟΝΤΟΣΟΛΜΩΝΙ  
 ΟΥΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙΑΠΟΔΕΜΕΣΗΜΒΡΙΑΣ  
 ΣΥΜΦΟΡΟΣΟΛΜΩΝΙΟΣΚΑΙΟΙΝΕΙΚΟΣΤΡΑ  
 15 ΤΟΥΤΟΥΖΩΠΥΡΟΥΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙΕΠΙΤ  
 ΦΥΤΕΥΣΑΙΤΟΥΣΓΕΡΟΥΣΙΑΣΤΑΣΚΑΙΕ  
 ΔΙΩΝΙΟΝΑΝΑΦΑΙΡΕΤΟΝ∞ \*)

ἔδοξε τῆ γερουσίᾳ τοῦ Σωτῆρος Ἀσκληπιοῦ ἐν κοινῷ στήλῃν ἀναγραφῆται, ἐν ἣ στήλῃ εἶναι τὰ ὑπογεγραμμένα· ἀντι πολλῶν καὶ μεγάλων, ὧν, εὐεργετήθη παρὰ τοῦ θεοῦ ὁ μνήμης ἀρίστης Ἰούλιος Ἀριστέας, ἐχαρίσατο διὰ τοῦ θεοῦ τῆ γερουσίᾳ χωρείδιον σιφάριον... (τόπῳ σὺν ᾧ) γείτονες ἀπὸ μὲν ἡοῦς Ἀύρ. Θάλαμος καὶ προσδόντων (?) (τῶν) Καλλίστης κληρονόμων, ἀπὸ δὲ ἄρκτου Ἀύρ. Θεόδωρος, ἀπὸ δὲ δύσεως οἱ Ἀρέσκοντος Ὀλμωνίου κληρονόμοι, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας Σύμφροτος Ὀλμώνιος καὶ οἱ Νικοστράτου τοῦ Ζωπύρου κληρονόμοι ἐπὶ τῷ φυτεῦσαι τοὺς γερουσιαστὰς καὶ ἔχειν αἰώνιον ἀναφαίρετον.

Hunc titulum in eodem lapide excipit alius eiusdem argumenti, qui quum tam male habitus sit, ut pauca tantum hic illic legantur, haud operae pretium visum est, singulas litteras omnes perscribere. Initium sic fere legendum est: ἔδοξε κατὰ

\*) Ω litterae formam hic titulus hanc habet W, quam non potuit imitari typographus. F. R.

τὴν αὐτὴν ε.η.ησιν ἀναγραφῆναι καὶ ἕτερον χωρίον ὃ (ἐχα-  
ρίσαιο) τῇ ἱερᾷ γερουσίᾳ ὃ ἀξιολογώτατος Αὐρ. Μενεκράτης  
Ἐρατωνιανός . . . . (διὰ) εὐεργεσίας (ὁμοί)ας ἀμπελικόν . .  
. . . . ἵπποβότῳ . . . in sequentibus fines fundi, ut supra, de-  
signantur; in extremo titulo sunt haec: vs. 13. εἰσὶν δὲ οἱ  
γερουσιασταὶ οἷδε . . Αὐρήλιος . . Τεμοκράτης Χαρικλέους  
τοῦ Αὐρ. Ἐρατωνιανός, Μεγίστας Ἐπαφροδέιτος Μεγίστα,  
Κόσμου(ς) Ἐπαφροδέιτου, Σώσιμος Χαρικλέους, Ἐπίκτητος .  
ος . ου

Finis tituli in margine lapidis additus est: ἔδοξεν οὖν  
τῇ γερουσίᾳ . . . . cetera non leguntur usque ad vs. 9. (ἐὰν)  
δὲ τις ἐξῴθην δοκι . . ἢ ὑπὸ τῆς γερουσίας, εἰσφερέτω εὐ-  
θέρως τῇ γερουσίᾳ ✕ ἑκατὸν (i. e. denarios centum) ἐγράφη  
Ἀρχοντας Αὐρ. Ζωπύρου μηνὸς Βουβατίου ζ'

## 11.

Delphis in muro polygono sub templo Apollinis.

ΠΛΕΙΣΤΩΝΟΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΠΤΑΙΑΣ ΟΙ ΠΩΡΙΝΗΣ ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟΥΝΤΩΝ  
ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΜΑΧΩΝΑ ΞΕΝΝΙΑΝ ΟΙΚΙΑΔΑΝ ΣΤΡΑΤΑΓΟΝ ΕΔΩΚΑΝ ΟΙ  
ΙΕΡΟΜΝΑΜΟΝΕΣ ΜΕΝΕΚΡΑΤΙ. ΑΙΜΕΛΕΝΘΙΩ ΛΑΜΙΕΟΙΣ ΑΤΤΟΙΣΚ  
ΠΡΟΔΙΚΙΑΝ ΚΑΙ ΑΣΦΑΛΕΙΑΝ ΚΑΙ ΑΣΤΑΙΑΝ ΚΑΙ ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΕΠΙΜΕΙ  
ΟΜΕΝΟΙΣ ΚΑΙ . . . ΑΣ . . . . ΕΙΑΒ . . ΟΙΣ ΤΟΝ Κ. ΣΜΟΝΤΑΙΑ ΘΑΝΑΙ  
ΤΑΙ ΠΡΟΝΑΙΑΙ

Πλείστωνος ἄρχοντος πυλαίας ὀπωρινῆς ἱερομνημονούντων  
τῶν περὶ Μάχωνα, Ξεννίαν, Οἰκιάδαν, Στράταγον ἔδωκαν οἱ  
ἱερομνάμονες Μενεκράτει καὶ Μελενθίῳ Λαμῖοις αὐτοῖς καὶ  
προδικίαν καὶ ἀσφάλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ ἀτέλειαν ἐπιμε-  
λ(ηταῖς γεν)ομένοις καὶ . . . (μεν)οῖς τὸν κόσμον τᾷ Ἀθάνᾳ  
τᾷ Πρωναίᾳ . "

Neque in initio tituli neque in fine quidquam deest. ἐπὶ  
omissum est, id quod in tit. Delphicis, si nomen magistratus  
ante participium positum est, fere nunquam fieri solet. Ar-  
chontem esse Delphorum quisque videt. Hieromnemes, ut  
videtur, unius gentis afferuntur, non variorum Amphictyonum,

sicut afferuntur in ceteris titulis e. c. in tit. C. I. 1689 b atque plenius in inscriptione Delphica adhuc inedita, ubi haec sunt: *ἱερομνημονούντων Αἰτωλῶν Βουθήρα, Καλλία, Φορίωνος, Ἀλκίδα, Ἀποικία, Δελφῶν Ἀθάμβον, Ἀμεινία — Φωκίων — Λοκρῶν — Βοιωτῶν — Εὐβοιέων — Ἀθηναίων — Ἐπιδαυρίων*. Iam quum hoc loco gentis nomen nullum additum sit, quaeritur, cuiates fuerint illi quatuorviri? Aetoli, ni fallor. Aetoli enim antiquitus, ut constat, Amphictyoniae expertes vi atque iniuriis, de quibus in decreto quodam ap. Polybium IV, 25. ol. 139, 4 Graeci conqueruntur (cf. B. C. I. p. 824), apud Amphictyones pertendisse videntur, ut reciperentur; recepti vero eum principatum assecuti esse, ut postea aut inter ceteros primi (sicut in tit. supra allato) aut ceteris omissis soli (C. I. 2350, 1694) inter Amphictyones nominarentur; id quod me iudice etiam in nostro titulo factum est, ne nomine quidem Aetolorum addito. Nomina ipsa Aetolicam originem profitentur, maxime *Στράταγος* (cf. 1689 b), *Μάχων*, *Ξεννίας*, quibuscum conferas nomina sicut *Ἀποικίας*, *Βουθήρας*, *Πολέμαρχος*, *Φορίων*, *Ἀλκίδας*, quae omnia quandam Aetolicam ferocitatem prae se ferunt. Quae quum ita sint, haud temere, puto, quatuor illos hieromnemones Aetolos esse dixerim, idemque statuendum erit in tit. C. I. 1689 (b). *Πυλαίας* nomen illis conventibus, sive Delphis sive Thermopylis haberentur, proprium fuisse constat; v. Schömann. Ant. iur. publ. Gr. p. 391. C. Fr. Herm. Ant. Gr. §. 14, 7. In sequentibus offendit forma omnino singularis *Λαμείοις* pro *Λαμειῶσι*. Post *αὐτοῖς καὶ* — expectabis *ἐκγόνοις*, quod negligentia lapicidae omissum esse suspicor, maxime quum illud *καὶ* ad *προδικίαν* et quae sequuntur minus bene referatur. Versus quintus duobus participiis appositis causas quasdam afferre debet, cur honores praescripti in Lamienses illos collati sint; priora recte restituta videntur *ἐπιμεληταῖς γενομένοις*; de sequentibus dubito; fortasse: *καὶ — ἐπισκευασαμένοις τὸν κ. vel καὶ πάντα εἰσενεγκαμένοις τὸν κόσμον τῆ Ἀθάνα τ. Πρ.* Extrema denique tituli verba Mineruae Delphicae cognomen exhibent, quod adhuc in inscriptio-

nibus nondum repertum est. Quare quae viri docti de hoc nomine disputaverunt, hoc titulo reperto ita dirimuntur, ut Delphis quidem formam *Προναία*, quam ut veram et antiquiorem strenue tuitus est Müllerus in *Encycl. Halensi* (s. v. *Pallas Ath.* p. 101), usu receptam fuisse appareat. Nuper de hac dea egit Ulrichius *V. C. I. I. cp. IV.* atque in appendice, ibique de fragmentis templi ante hos IV. annos a Laurentio repertis primus retulit. Quae fragmenta si recte ad illam Minervae aedem referuntur, templum fuit rotundum cum prostylo; id quod cum iis, quae Pausanias de pronao eiusque statuis narrat, minus bene congruere mihi videtur. Cyriacus vero, ubi de rotundo Apollinis templo dixit, num Minervae aedem intellexerit, vehementer dubito: (cf. Boeckhii proleg. ad titt. 1693 et 94:) neque magis mihi persuadeo Minervae Pronaeae aedem fuisse tholum illum Delphicum, de quo scripserit Theodorus Phocacus (*Vitr. VII. praef.*).

## 12.

Ibidem.

ΦΟΙΛΑΝΕΝΕΩΣΑΝ ΤΑΝ ΠΑΤΡΙΟΝ ΠΡΟΞΕΝΙΑΝ ΚΑΙ  
ΘΕΑΡΟΔΟΚΙΑΝ ΤΕ ΛΕΣΙΑΙΣ ΤΡΑΤΩΝΟΣ ΟΙΣΥΜΑΙΩΙΚΑΙ ΕΛΩ  
ΚΑΝ ΑΤΤΩΙΚΑΙ ΕΚΓΟΝΟΙΣ ΠΡΟΞΕΝΙΑΝ ΘΕΑΡΟΔΟΚΙΑΝ  
ΤΑΙ ΕΟΝΤΙ ΠΡΟΜΑΝΤΕΙΑΝ ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ ΠΡΟΔΙ  
ΚΙΑΝ ΑΣΥΛΙΑΝ ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΠΛΑΝΤΩΝ ΚΑΙ ΤΑ ΑΛΛΑ ΛΟΣΑΚΑΙ  
ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΠΡΟΞΕΝΟΙΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΝΙΚΟΔΑΜΟΥ ΒΟΥΛΕΤ  
ΟΝΤΩΝ ΑΜΥΝΤΑΚΛΕΟΤΙΜΟΤΕΤΜΩΝ ΔΑΜΤΝΤΑ

*Δελφοὶ ἀνενέωσαν τὴν πατριὸν προξενίαν καὶ θεαροδοκίαν  
Τελεσίᾳ Στράτωνος Οἰσυμαίῳ καὶ ἔδωκαν αὐτῷ καὶ ἐγγόνους  
προξενίαν θεαροδοκίαν εὐεργέτη ἐόντι προμαντείαν προεδρίαν  
προδικίαν ἀσυλίαν ἀτέλειαν πάντων καὶ τὰ ἄλλα ὅσα καὶ  
τοῖς ἄλλοις προξένοις· ἄρχοντος Νικοδάμου, βουλευόντων  
'Αμύντα Κλεοτίμου Ἐτυμώνδα Ἀμύντα.*

Exceptis duabus lacunis, quae facillime restituuntur, titulus integer est. Eiusdem generis sunt titt. Delph. 1691, 92 et alii

multi; sed proxeniae hic additur theorodocia, quod novum est. Cf. tit. Hermionensem (1195), quo constituitur *θεαροδόκος* Agoraesus quidam (*καταστᾶσαι δὲ καὶ Θεαροδόκον, ὅστις ὑποδέξεται παραγινόμενος τοὺς συνθύτας ἐπὶ τὰν θυσίαν*). Telesias igitur Stratonis f. theorias Delphicas Oesymae excipiendi munere fungebatur, quod munus cum proxenia honoris causa in eum a Stratone patre transit. Cf. Boeckh. ad C. I. 822, b. De patria Telesiae reperies nonnulla ap. Leak. Tr. in N. Gr. III, 178. 224.

---